



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Recursus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Facit Bulla Pii IV. quæ est 87. & Rebuff. *pract. benef. tit. de forma proviso. in ver. non obstantibus; & in ver. vel assequutionem.*

Quintò, quam Io obligent Sanct. Roman. Eccl. vide Gom. *ubi supra. q. 5.*

Sextò, sententia lata contra Regulas Cancellariæ, an teneat vide *eund. quest. 5. col. 4. & q. 4. de ann. possess. & an annullentur acta, & processus fabricatus contra dispositionem illarum, nisi opponatur, vel excipiatur, vide eund. questio. 9. de impet. benef. per obit. famil. Card.*

Septimò, Regulæ Cancellariæ expiant mortuo Papa, Gom. *q. 2. proemiali Reg. Cancell. n. 2. Gemin. cons. 63. Caputaq. dec. 213. p. 2. & decif. 41 p. 3.*

Octavò, Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & sunt servandæ, præsertim vivente eorum conditore, Cap. Tolos. *q. 444. & ibi Addit.*

ROTÆ TRIBUNAL URBIS,  
SEU DECISIONES IPSIUS.

Rotæ tribunalis decisiones faciunt communem opinionem, Gom. *q. 2. in proem. Reg. Cancell. col. 8. ver. 4. pro ista opinione, & q. 5. ibidem, ubi dicit stylum Rotæ haberi pro lege, & ite contra ipsum, est instar sacrilegii, idem in cap. 1. n. 49. de iudic. lib. 9. facit l. nemo, C. de sent. & l. fin. C. de legib. Afflict. dec. 383. nu. 8.*

RECTOR.

Rectores Ecclesiarum possunt compelli ad reparationem Ecclesiarum, de redditibus beneficii, si super sunt, Pan. *inc. ad aud. entiam, n. 1. & infra de*

*Eccl. adif. vide in ver. visitatio, §. 3. ver. sed dices.*

RECURSUS.

Primò, à Suffraganeis ad Metropolitanos, vel ab inferioribus ad superiores, multis modis haberi potest. recursus, & circa Confessores. vide *in ver. Confessores, §. 7.*

Secundò, de absentatione, vide *in ver. residentiam, §. 2.*

Tertiò, in appellatione, vide *in ver. appellatio, §. 1. & in ver. Archiepiscopus.*

Quartò, in institutione, vide *in ver. ius patronatus, §. 8. dub. 3.*

Quintò, in causis inter Episcopos, Suffraganeos, & eorum subditos, vide *in ver. Archiepiscopus, & in ver. appellatio, §. 16.*

Sextò, circa assensum præstandum; ubi negari non potest, vide Pan. *inc. avavitia. n. 6. de præben.*

Septimò, per modum querelæ, vide *in ver. appellatio, §. 27.*

Octavò, quibus causis, etiam sine appellatione; vide *ibidem, §. 13.*

Nonò, in reprobatione examinanti in examine per concursum, vel alias, vide *in ver. parochia, §. 2. dub. 9.*

Decimò, in literis dimissorialibus, vide *in ver. dimissoria, §. 10.*

Undecimò, in licentiis causa studii, vide *in ver. studium, §. 1.*

Duodecimò, in devolutione beneficiorum, vide *in ver. beneficium, §. 2. Follet. 2. & §. 3. concl. 3. Abb. inc. ex parte, n. 17. de concess. præb.*

Decimotertiò, in devolutione iuris



ris patronatus, in *vers. ius patronatus*, §. 8. *dub. 3.*

Decimoquartò, ratione negligentiae Suffraganeorum, vide *Abb. in c. ex frequentibus*, n. 4. *de instit.*

Decimoquintò, in notoriis, vide *Abb. loc. cit. num. 10. c. Romana*, §. *notoria*, *de cens. lib. 6.*

Decimosexto, in visitatione ob negligentiam Capituli sede vacante, *Abb. in c. 1. n. 7. ne sede vac.*

Decimoseptimò, in donatione juris patronatus, vide *c. nullus*, & ibi *Abb. n. 2. de iure patron.* & Addit Zachar. *in littera B.*

Decimooctavò, presentatus in iure patronatus, à rejecta presentatione, vide *Abb. in c. pastoralis*, n. 5. *eo. tit.*

Decimononò, Abbatissa, & conventus, si Episcopus præciperet ei ut recipiant aliquam Monialem, quia ex hoc præcepto possent appellare, vel ad Metropolitanum, vel Papam, *Calder. conf. 16. de regul. Navar. conf. 9. num. 12. de constit.*

Vigesimò, in protelatione, siue diurnitate causarum, non expeditarum ab ipso Suffraganeo propter causam aliquam irrationabilem. *Gem. in c. 1. vers. consulus tamen, de suppl. negl. prelat. lib. 6.*

Vigesimoprimum, in actibus gestis ab Episcopo simul cum Capitulo, quando Episcopus esset de capitulo, & tam capitulum, quàm ipse Episcopus esset negligens, vel aliquid perperam faceret, tunc potest haberi recursus ad Metropolitanum, vel etiam per remedium appellationis, & habui in facto, dum es-

sem Vicarius Surrenti anno 1583. dum Canonici Massæ Lubrensis tractando quædam cum Vicario electo à capitulo quia tunc vacabat Sedes Episcopalis, & Vicarius simul cum Canonicis tumultuati sunt, tunc ego, & Archiepiscopus Surrentinus carceravimus eos, & castigavimus, vide *Gem. in c. 2. vers. sed pro cuius, de consuet. lib. 7. facit c. irrefragabili, §. si. de off. ordinar.*

Vigesimosecundò, à denegata dimissoria ratione studii alicui beneficiato curato habili, ita *Gemin. in c. cum ex eo, ver. quaro quia, de elect. lib. 6.* ubi dicit, quod tenetur Episcopus dare hanc dimissoriam personæ aptæ ad studium, & non subest causa legitima ad denegandam eam.

## R U M O R.

PRimum, Rumor, notorium, manifestum & publicum, quid sint, & quomodo differant, vide præter alios *Abb. in c. vestra, n. 12. cum sequent. de cohab. cler. & mul. & in cap. tua nos, eod. tit. & Navar. cap. 27. n. 250. notab. 100. Inn. in capitulo, tua nos, n. 1. & seq. de cohab. cler. & mulier.*

Secundo, Rumor quandoque inducit indubitatum probationem veritatis, *Doct. text. & gloss. in dict. cap. vestra, Gemin. in cap. ubi periculum, §. quia vero, notab. 2. de elect. & sic de aliis, quando per testes de visu non possunt haberi, sed cum aliis iunctis.*

## S P O N S A L I A.

PRimum, sponsalia ut possint contrahi, requiritur ætas septem annorum imple-